



**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei  
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1617**

- I. Varios Dari Modos Elongationis, seu distantiæ, sicut sunt  
approximationis, seu vicinitatis.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](#)

## CONCIO SECUNDA.

Thema: Εἰ τιδὲ κατὰ μακρὰν διπέχοντι, εἶδεν Γραμμήν  
ἀντὶ διπάτην πατέρα.

Cum autem adhuc longè esset, vidit il- *Vulgata*.  
lum Pater ipsius.

Quumq[ue] adhuc longè abesset, vidit eum *Syriaca*.  
Pater ipsius.

**F**Acta breui recapitulatione, argumentum Con-  
cionis nostræ sic instituitur:

- Dicendum  
hodie
- I. Varios dari modos elongationis seu di-  
stantia; sicut sunt approximationis seu  
vicinitatis.
  - II. Quo genere distantiae à Christo abfue-  
rint Publicani & quo omnes peccatores.
  - III. Quis inter Christianos, & maximè  
aliquos hereticos longissimè à Iesu Chri-  
sto absistat. Auc.

I.

**VARIOS DARI MODOS ELO N-**  
gationis, seu distantiae, sicut sunt ap-  
proximationis, seu vicinitatis.

Vt certiori filo discursus noster dirigatur, & pro-  
positum obiectum clarius explanetur, benevoli & a-  
mici Auditores, necessarium mihi videtur inquirere,  
quot sunt genera elongationis, seu distantiarum; & quot  
approximationis seu vicinitatis? vt ita & vos exthe-  
mate nostro commodius sensum moralem & allego-  
ricum percipiatis, & nos vberiorē dicendi materiam,  
ac bonorum documentorum copiam deducamus.

Aduerto itaque quod distantia una sit

- 1. Localis, seu secundum locum & situm.
- 2. Temporis,

3. Affe-

- Distantia | 3. Affectus, seu voluntatis,  
                4. Opinionis seu intellectus,  
                5. Similitudinis morum, studiorumq.,  
                6. Dignitatis,  
                7. Consanguinitatis,  
                8. Speciei, seu essentiae.

1. Distantiam localem appello, quando interuallum aliquod pedis, stadij, milliaris, vnius, duorum, trium, plurium vel pauciorum interiacet inter locum aliquem, personam, rem, arborem, columnam, & alteram: & sic dicimus ab occidente longe distare orientem:

*Psal. 102.*      *Quantum distat ortus ab occidente:*  
 & talis distantia est inter Romanam & Carthaginem, Venetias & Ierusalem, quæ quanta sit, melius quam ego nōrunt Cosmographi: & sic de distantia locali loquendo inter Montes Hannoniæ urbem, & Mau-  
 bege vbi modo concionor, interuallum est quartus milliarium: & inter hanc cathedralm in qua consistit, & primam columnam decem aut duodecim pedum.  
 2. Distantiam Temporis vñc annos, menses, dies, ho-  
 ras, & momenta, quæ inter rem aliquam gestam, & aliam similiter gestam, aut gerendam interfluxerunt, quando vna alia tempore posterior est, & sic Cicero  
 ait:

*Cicer. de Amicitia.*      *Longe prospicere futuros casus Reipubl.*

Similiter dicimus magnam distantiam esse inter fundationem Romæ & Carthaginis, cum Carthago fundata à Didone tunc temporis, cum Romulus Romanæ urbis conditor, nondum in rerum natura esset, Româ multo sit antiquior. Magna etiam est di-  
 stantia iñter creationem mundi, seu lapsum Adami, & reparationem generis humani per Iesum Christum factam: scilicet circiter quinque millium ducentorum triginta trium annorum. Item magna distantia est inter primum aduentum Iesu Christi, & eius in celos Ascensionem. Similiter à primo eius aduentu iam facto, usque ad secundum adhuc futurum interfluxere anni 1617. præter eos qui effluxurisunt. De  
*Vide Iacob. Berg. l. de claris Mulieribus in Maria virgine.*      *yne*

CONCIO SECUNDA.

29

vno loquitur CHRISTVS & Propheta.

Tempus meum prope est.

Prope est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur: miserebitur enim Dominus Iacob & Israel salvabitur.

De altero Moyses:

Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Dant. 32.

Et simili sensu Terentius in Andria:

Prope adeat, cum alieno more vivendum est mihi. *notas*  
3. Distantiam Affectionis seu voluntatis appello, quād  
vnuus alterum non amat: amor enim vnit & con-  
iungit; vnde amici coniuncti & vniuti, inimici dis-  
iuncti & diuisi dicuntur: aut quando vnuus amat, quod  
alter odit: aut quando duo idem amant, vel oderunt;  
sed vnuus vehementius, & cum maiore passione, quā  
alter: aut quādo idē amat id quod postea mox odit;  
aut hodie odit, quod cras ei gratum erit: aut denique  
idem amat, aut odit plus, minusve, quam solebat: sic  
Plautus:

Hunc priorem equum est me habere,  
Tunc a propior pallio est.

Plaut. in  
Trinum.

Terent. in  
Heauton.

Act. 5.

In Andria

Act. 4.

Et Terentius,

Dum nulla alia delectatio que propior effet te, ( id est,  
charior) indulgebant.

Et Idem,

Proximus sum egomet mihi.

Eodem sensu bene dicimus veros Capucinos &  
fratres Minores à bonis huius mundi magis elonga-  
tos, quam alij sint; cum hi mundana hæc summope-  
re ament & desiderent, imò nunquam ipsis sufficiat;  
illiverò à contrario nihil horum velint, aut certè  
S. P. Q. R. Si Pen Quæ Rien. i. tam parum ac nihil cf-  
fecit, Vidiūm, scilicet, & amictum cum nido. Hi corra-  
dunt & congregant omnia; illi omnia largiuntur &  
dissipant, Differit, dedit pauperibus. Eodem sensu  
magna distantia erat inter amorem Isaac & Rebeccae  
erga suas proles, Jacob & Esau: Rebecca enim tam  
ardenter amabat Jacob, vt illi etiam cum detramento  
Esau, omnia conquirere conaretur: Pater autem

Psal.

C

mul-

multa prospera ei volebat, sed absque præiudicio maiori natu Esau. Erat etiam magna distantia inter amorem, quem IESVS CHRISTVS gerebat erga amatum suum discipulum Ioannem; & eum quo reliquos Apostolos, imò ipsum Petrum, prosequebatur; multò enim tenerius & suauius hunc diligebat. Magna etiam distantia erat inter S. Petrum, & S. Petrum; inter ipsum inquam cum Transfigurationi gloriosæ Domini sui in monte Thabor intercesserit, & videns ac audiens testimonia diuinitatis eius cœlestia, & omni exceptione maiora, in ecclasi rapetus dixit:

*Matt. 17. Domine bonum est nos hic esse; faciamus tria tabernacula;*  
*&c. Et cum in cena ultima dixit:*

*Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.  
 Et eandem in horro Oliuerti, & aula Pontificis inter tela & hastas Sarelliticum, ubi ad terrorem duarum ancillarum Dominum suum negare, & abiurare auditus est; illuc enim ardebat amore: hic totus conglatus, & glacialis erat. Et de hac distantia affectione loquuntur Prophetæ cum dicunt:*

*Ierom. 12. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.  
 Appropinquit populus iste ore suo, & labijs suis glorifat*

*me; cor autem eius longè est à me, &  
 Dilexerunt eum ore suo, & lingua sua mentiti sunt.*

Hanc autem voluntatam distantiam optime norat amici veri & amantes; volentes enim significare aliquam amoris imminutionem, aut commutationem, conquerentes dicunt, *Sentio te à me elongatum, aut quod à merecesseris, pro eo quod diceret. Minus solito me amat.* 4. Distantiam opinionis & intellectus appello, quando duo circa idem obiectum aliter opinando dissentiant: sicut olim S. Petrus & S. Paulus circa obsecuantiam legis Iudaicæ; S. Hieronymus & S. Augustinus circa veritatem & sinceritatem S. Scripturarum, & de simplici, pura ac candida rerū cognitarum manifestatione: Thomistæ & Scotistæ circa immaculatam conceptionem Virginis Matris, dissenserunt; & sic modo dissident Catholici & Calvinistæ circa ve-

ram  
 sti in h  
 dicen  
 Calui  
 Corpua  
 tra an  
 contr  
 fipoll  
 flanti  
 stam c  
 tem, b  
 tem,  
 Pius q  
 sum di  
 Chini  
 maior  
 Apollon  
 erat di  
 mo ille  
 bus.  
 phum  
 Derisor  
 gnom  
 action  
 semper  
 minor  
 & bin  
 ferè si  
 ville, a  
 s. Dist  
 distan  
 contr  
 nihil d  
 origin  
 praefor  
 nunqu  
 piam e  
 proxim  
 manu

## CONCIO SECUNDA.

31

iam & realēm præsentiam corporis & sanguinis Christi in sacrificio Missie, Catholicis cum ipso Christo dicentibus. *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus.* Caluinistis reclamantibus, & dicentibus. *Non est hic Corpus Christi;* idque mordicus defendantibus, contra antiquos Patres, contra tota illustria miracula, contra totum mundum, solum ut Papæ & Ecclesiæ, si possint, noceant. Ita etiam prima facie magna di-  
stinctia contradictionis erat inter S. Ioannem Bapti-  
stam qui dicebat, *Non sum Elias,* & Christum dicen-  
tem, *Ipsæ est Elias.* Inter S. Ioannem Baptistam dicen-  
tem, *Non sum Prophetæ;* Et Christum afferentem,  
*Pius quam Prophetæ est.* Inter eundem dicentem, *Non*  
*sum dignus, ut soluam corrigiam calceamenti eius;* & inter  
Christum dicentem: *Internatos mulierum non surrexit*  
*maior Ioanne Baptista: Valde namque inter se diuersa sunt,*  
*Ipsæ est, & Non sum,* ut inquit s. Gregor Magna quoq; *Greg.*  
erat distantia inter illos, qui dicebant de Christo, *Ho Hom. 7 iij*  
*mo ille bonus est;* & illos qui aiebant, *Non sed educit tur Euang.*  
bu. Magna etiam erat distantia inter Philoso-  
phum illum Abderitan Democritum, cognomento  
Derisor, & alterum contrarij humoris Heraclitū, co-  
gnomento Plorator. Eo quod prior indicaret omnes  
actiones humanas ridiculas; adeo que domo egressus  
semper ridere confuebat: alter autem omnes ho-  
minum actiones miseras & miserabiles existimabat;  
& hinc in publicum prodiens plorare solebat, in hoc  
serè similis Salvatori nostro Iesu Christo, quem fle-  
ville, sed nunquam risisse legimus.  
5. Distantiam similitudinis appello morū studiorumq; *admodum*  
distantiam, vitam viræ dissimilem, mores moribus  
contrarias, seu alterius, seu sui ipsius, & quādo imago  
nihil minus repræsentat, quam suum Prototypum &  
originale: quando imago Alexandri non magis re-  
præsentat Alexandrum, quam si pictor Alexandrum  
nunquam vidisser: Si enim de tabula ad viuum quip-  
pian exhibente verè dicimus, quod ad prototypum  
proxime accedat; sicut equa illa ab Apello, tam scita  
manu depicta, ut Alexandri equus eius imagine

52 DE CONSOL. DESP.

deceperus, libidine commotus hinnierit: aut Venus; sta ab eodem artifice spatio decem annorum elab-  
orata, sed tanta pulchritudine, lineisq; adeò delicatis,  
vt iuuenes eam contemplantes, non aliter ac conser-  
vata pulcherrima virgine, in Veneris amorem rapere-  
tur: aut sanè vitis illa, quam botris grauidam depin-  
xit, ni fallor Xeuxis, tanta dexteritate, vt aues et infi-  
dentes pictas vuas vellerent, & rostris fodicarent: aut  
Cortina illa, quæ viuis suis coloribus alterum pictorum  
satis peritum, adeò decepit, vt iuberet eam retroducere,  
sperans retrò illam insignioram aliquam picturam  
laritare: aut musca ista, quam Ioannes Maubengen-  
sis yester, Antuerpię vt discipulus apud pictorem quæ-  
dam agens, ipso absente, in eius tabula ita viuus litens  
expressit, vt rediens magister illam aliquoties stro-  
phiolo abigere, vt viuam, conatus sit. Cur similiter  
dicemus hic homo multum ab altero distat, quam  
hil, aut parum admodum conueniant, aut in linea-  
mentis corporis, aut verbis, moribus & actionibus,  
quam appellamus similitudinem morum, quæ est qua-  
dam Venus, altera mater amorum, & amicitiae. Sic etiam  
Scriptura dicit magnam esse distantiam inter terreni  
um Dei, & hominum:

2. Par. 12. Servient ei, ut sciant distantiam seruitutis mee, & ser-  
tutis regni terrarum.  
& Plautus;

Plaut. in Trinum. Cogites id optimum esse, tute ut sis optimus:  
Seid nequueris, saltem ut optimis sis proximus.

6. Distantiam Dignitatis appello, quando vnuus alte-  
ro nobilior, dignior q; est; sic reprehenduntur, qui in-  
ter sanctum & profanum non habent distantiam: sic ma-  
gna distantia est inter Centurionem & Imperatorem,  
inter Baronem & Ducem seu Regem, inter Sacerdo-  
tem & hominem laicum, inter Ostiarium & Epilco-  
pum.

7. Distantiam Consanguinitatis appello, quando  
nus pluribus gradibus ab aliquo distat, quam alter;  
verbi gratia, cum dico, hic est meus proximior, ille re-  
moter cognatus, nam ille in tertio, hic in quarte

COR.

consanguinitatis gradu me contingit. Dicitur apud Matthæum: *Liber generationis Iesu Christi filij David, filii Abraham: Iesu filii David miserere mei: Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, & quidem vere: fuit enim filius Mariæ, fuit Davidis, fuit & Abraham; sed remotior multò Davidis, quam Mariæ; multò autem adhuc remotior est filius Abraham.*

1. Distantiam *Specificam* appello, prout duo aliqua in pluribus, vel paucioribus attributis essentialibus conueniunt; sic maior est distantia inter hominem & lapidem, quam sit inter hominem & bestiam; nam homo & lapis præter esse & corpus, nihil commune amplius habent; homo autem & bestia præterquam quod sint corpora, etiam conueniunt, quod sint animata sensuia. Atqui hic sunt varia genera distantiarum, cum autem iuxta Philosophos *Tot modis dicitur unum oppositorum, quot & reliquum, si octo genera distantiarum propolui, totidem etiam erunt vicinitatis, seu approximationis, quæ quisque ex dictis facile deducere poterit. Si queras, cur hæc tam fusæ: respondebo, ut distinctè respondeam, quam longè noster prodigus, non historicus seu litteralis, sed allegoricus, id est, qui quis peccator eius scemate rectus, à Patre abscondit, quando eum agnouit.*

## II.

*QVO GENERE DISTANTIAE  
a Christo absuerint Publicani, & quo  
omnes peccatores.*

Quod Publicanos, & reliquos peccatores concernit, quibus Christus potissimum hanc parabolam aptauit, de singulis eorum dici potest, cum adhuc longè esset, quamvis de illis Scriptura dicit, Erant approximantes ei, ut viderent illum: quamvis in communi cum illo mensa comedissent, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis: hæc enim distantia non est secundum locum, ita ut imaginemur CHRISTVM in summo. Publicanos reverentia causam imo mensæ consedisse. Neque etiam propterea,

C 3 quod